

JOHANNIS WYCLIF

OPERA MINORA

NOW FIRST EDITED FROM THE MANUSCRIPTS

WITH CRITICAL AND HISTORICAL NOTES

BY

DR. JOHANN LOSERTH

I. R. AUL. COUNS., PROFESSOR OF HISTORY AT THE UNIVERSITY OF GRAZ.

(ENGLISH SIDE-NOTES BY F. D. MATTHEW, LITT. D.)



LONDON.

PUBLISHED FOR THE WYCLIF SOCIETY BY C. K. PAUL & Co.

DRYDEN HOUSE, GERRARD ST. SOHO. W.

1913.

acceptum de ore piscis, docendo suam ecclesiam mundi principibus obedire. Unde sepe alludebat brachio seculari, non lego autem quod applausit pontificibus legis veteris et multo magis non approbavit prelatos cesarios iam instantes. 5

May the curate claim the full tithe?

Quantum ad sextam questionem qua queritur *utrum liceat curato taxare homines quantum debent sibi dare in anno pro omnibus decimis sibi debitis*. Quantum ad istud videtur michi quod duo fideliter sunt notanda, primo quod per talem taxationem non solvat regulam 10 apostolicam ex cupidine vel aliqua tali culpa, secundo quod sic tractet suos parochianos in tali taxatione quod dacio eorum sit pia et sic meritoria et non exaccio mundialis et in illis duobus assistentibus non video quin liceat curato de omnibus et singulis suis parochianis 15 taxam moderatam accipere; istud enim foret alleviamentum subditis quam curato.

It is enough for the layman to pay what he is taxed at.

Et quoad septimam questionem qua queritur *numquid sufficiat laico quoad Deum solvere curato suo talem taxam in casu quo plus lucratus fuerit quam taxa se 20 extendit*, videtur michi quod hoc sit satis sufficiens supposito quo prelatus collectis omnibus suis elemosinis habeat sufficientiam ad ducendam vitam honestam et pauperem pro suo pastoralis officio peragendo.

Whether tithes may be paid to a curate who abuses them.

Quantum ad octavam questionem qua dicitur *non 25 sit peccatum res pauperum dare non pauperibus, cum decime sint tributa pauperum, videtur esse sacrilegium solvere decimas curatis abutentibus*. Hic videtur michi quod prudentia evangelica est utendum cavendo de temerario iudicio quod prelatus abutitur istis bonis, quia 30 sepe contingit parochianos pauperes iudicare quod minus curato suo sufficiat quam cursu mundi current sufficeret, et contingit multis parochianos velle redigere suum curatum ad mundanam sollicitudinem et laborem, sicut 35 seculares pauperes communiter occupantur, et tunc cum illis paribus ista temporalia curato sufficerent ad victum et vestitum, sed tunc oporteret ipsum officium pastorale dimittere et se ipsum contra fidem Apostoli negociis secularibus implicare. Supposito ergo quod non sit error

6. A in marg.: 6. 13. C: eorum sit meritoria; correxit in marg. 13. B: in deest. 14. 15. B: video quando. 18. A in marg.: 7. 22. B: quo prelatis. 25. A in marg.: 8. 30. AB: quod quia. 33. B: reducere. 35. B: occupant. 36. B: ista deest.

in iudicio subditorum, videtur quod est licitum et meritorium decimas a curato illis abutente subtrahere, et in alios pios usus expendere, sed quia potest esse error in ista materia utrobique, ideo consuetudo introducitur 5 tamquam lex ecclesie quod, sive curatus vivat evangelice sive viciose, quod parochiani in solvendo sibi decimas se ipsos exonerent et in periculum sue anime abusum illum committant. Et in isto cathaclismo est lapsus 10 mundialis curatorum. Quis enim dubitat quod non esset elemosina ministrare gladium frenetico furioso vel dare vinum vel aliud calidum mentis incompoti in acutis febribus laboranti. Et proportionaliter videtur esse de elemosinis parciendis tam curatis quam aliis, 15 et sic potest esse peccatum damnificum ecclesie in ista materia utrobique. Lex autem Antichristi que hodie tantum prevalet impedit multos fructus sagaces qui prodessent ecclesie, et ita lapsus a lege evangelica et conversacione Christi cum suis apostolis multum dampnum ecclesie insensibiliter introducant.

20

9. De Fratibus ad Scholares.

Subito aurugine prima a parte sinistra venit quidam turbo nimis olens nomine Caym quatuor Fratrum ordines in se continens. Non immerito Caym nuncupatur ipsorum origo, quia ipsius filii per eorum gesta potissime deno- 25 tantur. Qui (ut ita loquar) sunt illi quatuor maligni spiritus quibus preceptum est ab angelo, ne nocerent terre et mari neque arboribus, quousque signentur servi Dei in frontibus eorum. Qui frontem sanctitatis extrinsecus et lupinam versuciam intrinsecus ostendunt; in 30 quibus maxima vite perfeccio consisteret. Quorum actualia gesta si intrinsecus conspiciantur et ad res verborum referantur: nulli dubium quin sunt peiores quam pharisei vel ypocrite, phylateria dilatantes, eminentiora querunt sedilia, ab omnibus nomine Rabi salutaris desiderantes.

Wickedness of the friars.

6. AB: sine virtuose; ib. Codd.: parrochia. 7. Codd.: in deest. 19. A: Explicit de 8 questionibus. B: Explicit de 8 questionibus. De illo quis (sic) in spiritu sancto peccat. 21. aurugine (sic). B: a ruine previa; ib. (sic) = venit deest. 27. B: mari deest. 33. A: phylatoria; ib. A: queunt.

Ista quadriformia monstra caput anguinum, cor leonis, ventrem olentis capre, pedes pavonis habencia meam innocentiam diris versuciis lacerarunt. Hec est gens sancta, de qua scribit Bernhardus ad Eugenium papam sic dicens: *Hii erga Deum impii, in sancta temerarii, 5 invicem sediciosi, in vicinos emuli, in extraneos inhumani, superioribus infideles, inferioribus importabiles, ad petendum inverecundi, ad negandum frontosi. Hii importuni sunt, ut accipiant, inquieti donec recipiant, ingrati postquam acceperint. Docuerunt linguam suam loqui grandia, cum 10 operantur exigua, largissimi promissores, paucissimi exhibitores, blandissimi adultores, mordacissimi detractores, simplicissimi dissimulatores et malignissimi proditores. Hii sunt qui variis incedunt semitis. Quantiscunque ergo semitis incedunt, anfractibus errent seu in viis devient, 15 unicus est exitus, unica viarum suarum meta, unicum caput et principium, omnium diversitatum suarum que est sola malicia. Bonus enim frater rarus est cum fenice; mali autem tam copiosi, quod nullus expers locus malignitatis eorum; cum amantur amare pungunt 20 et afflictioni vacant usque ad divisionem corporis et anime. Isti sunt inutiles trunci vel statue repositae in ecclesia ad bonorum temptationem, penam vero malorum. Tandem quia non ulterius deservunt, in ignem mittendi sunt. Hii sunt scala Iacob, cuius summitas extenditur 25 et vice versa pretenditur. Per quam Datan et Abyron descendebant velociter in abyssum. Hii sunt spiritus maligni quorum non est numerus, qui nichil aliud agunt, nisi ignem in terram mittunt, scilicet flammam urentem homines et iumenta, fruges et alimenta continue con- 30 sumendo. Hii sunt de quibus Rachel conqueritur et antequam convertantur a viis suis pravis noluit consolari. Hii sunt quatuor bestie quas Daniel vidit ascendentes de mari, plura cornua habentes cum alis, quibus bellum inest, devastancia, que sunt ursus, pardus et 35 leena, quorum proprietates secundum naturales instinctus per ferocitatem tribus ordinibus Fratrum, scilicet Predicatoribus, Minoribus et Augustinensibus non inmerito*

A good friar is as rare as a phenix.

Daniel's four beasts correspond to the orders of friars.

3. B: et ventrem. 4. A: scripsit; ib. B: ad Eugentiam deest. 5. B: sic docens. 11. A: operentur. 15. B: errant. 22. B: reposita. 23. B: bene. 25. A: cuius modo; ib. A: exciditur. 26. B: versa deest. 20. B: terra. 35. A: in erat.

concordabunt. Sed quarta bestia nimis terribilis ungues How the fourth
et dentes habens ferreos et decem cornua, cuius nomen beast
in visione Danielis non recitatur, universitati Carmelitarum corresponds to
the Carmelitas.
correspondet. Isti namque multum terribiles quam-
5 cunque domum intrant suis tradunt conviciis coinqui-
nandam et menticulosam mendaciis, dentes et ungues
habent ferreos, victum cotidianum communitatis consu-
mentes. Scriptum est enim: *Comederunt Iacob et locum
eius desolaverunt.* Decem cornua habent, quia multi
10 superbi contra decalogum viventes. Nomen prefate quarte
bestie in visione Danielis non recitatur, quia predicti
Carmelite a parte iuris non leguntur approbati, nec
eorum regula ab aliquo doctore instituta. Et postquam
iste quatuor bestie totam terram infecerunt, putaverunt
15 se supra nubes elatas. Veniet terribilis in consiliis do-
minus et destruet eas et evellet ac emigrabit, sic quod
non apparebit eorum memoria super terram. Cuius
turbinis pars prima fuit ordo Predicatorum, proprio
nomine Iacobite quasi subplantatores nominantur. Isti
20 namque fratres iuxta professiones ordinis in paupertate
spiritus fuerunt instituti, ut per seminacionem verbi
divini iuxta formam evangelicam indoctos instruerent,
lapsos erigerent et vacillantes in fide solidarent et forma
virtutum et speculum honestatis existerent. Modo tamen
25 curiositati totaliter dediti per scurillas, nugas et com-
menta gentilium in predicando facti sunt laquei ad
ruinam cicius quam ad edificium perfeccionis ad coronam.
Et in tantis peccatis populorum sunt impinguati quod
ex mammona iniquitatis et turpibus lucris domos et
30 edificia speciosa preter et ultra necessitatem indies
edificant, et ex hoc elati putant se celum vertice
pulsare et volare super pennas ventorum, de quorum
diviciis bibit avaricia, dum puteos argenteos statuit
eorum mendax inopia. Qui pocius iuxta professionem
35 ordinis pallium cum Ioseph, cum Mattheo theloneum et
ydriam cupiditatis cum Samaritana relinquere niterentur.
Sed huiusmodi pseudoprophete in vestimentis ovium
incedentes intrinsecus autem lupi rapaces: hii sunt
angeli sathane se transfigurantes in angelos lucis, sub

The Lord shall destroy these orders.

How the friars preachers have fallen away from their first aim.

3. A: universitas. 4. B: correspondent. 11. Codd.: predicte.
26. A: ad deest. 33. A: statuerit.

Praise of Oxford.

quorum simplicitate desinit lupina rapacitas ab antiquo. Cum enim presens universitas Oxoniensis que propter multiplices effectus vinea Domini non inmerito nuncupatur, a sanctis patribus fuerat fundata et loco congruo situata, fontibus et fluviis irrigata, pratis et pascuis circumdata, planiciebus et saltibus protensa, montibus et collibus ad pellendum procellarum spiritus circumvallata, arbustis virentibus et locis nemorosis vicina et ut verbo uno singula concludam: Locus amenus fertilis et optimus et habitationi deorum convenientissimus domus Dei et porta celi congrue vocitata: ad hanc vineam et universitatem dudum venerunt quidam validi mendicantes, hiis diebus in vestimentis ovium incedentes, qui Esau sunt manibus et vocem Iacob indicant; qui sunt sancti ypocrite, mendici superbi, confessores lutei, predicatorum elati. Et si quis sub uno involucre facinus gravissimum vel ut ita dicam universum genus malorum perpetraret, frater absolucionis officium obtinens confidentem absolveret, iniuncta sibi penitencia pecuniaria ad eius usum privatam vel fratrum edificia specialiter edificanda, licet cum omnibus peccatis recedat, quibus oneratus accessit, quod scienti dubium nulli a prefatorum delictis Ad presens supersedeo, unum tamen addo: Si quis universa volumina Augustini transcriberet, vix medietatem facinorum, delictorum, machinationum, figmentorum et nephandorum suorum actuum continet. Et ne honoris mei causa scripsisse videar, valeatis.

Evil wrought there by the friars.

8. B: et ut deest; ib. B: singula deest. 14. A: voce. 18. B: officium obtinens deest. 21. B: excessit. 22. Hic aliqua desunt. 26, 27. A: et ne no scripsisse (lacuna). 27. A: Explicit quoddam scriptum de Fratribus ad scolares.

11. Cf. De Civili Dominio II, 1.

NK. V E 3
Oxale

ff. 166^v-167^v
 Explicit quoddam scriptum ad scolares,
 Oxoniensis et de fratribus



De Paupertate Christi

(below p. 19/20).

(E cod. pal. Vindob. 1338, fol. 1.)